De eadem dñica. Sermo ſecundus.

# Simile eſt re-

gnũ celoꝝ homini regi q̄ fecit nupti-
h as filio ſuo. Matth. xxij. Quando guerra vel
diſcordia eſt inter aliquos potentes dominos
qui ambo habent adherentiam potentum. tũc
melius nõ poteſt vna pars retrahere aliquaꝫ
de pte aduerſa ſui vt ſit ſibi fauorabilis q̄ per
matrimoniũ dando filiũ ſuum filie ſue vel ſibi
met dando filiam. Quapropter legit̃. iij. Reg.
iij. ꝙ Salomon confirmatus in regno ſuo affi-
nitate coniunctus eſt Pharaoni qui erat po-
tens ꝛ regno eius ꝓpinquus accipiendo filiaꝫ
eius ad regni ſui firmitatem. et ne guerra eſſet
inter eos. Spiritualiter duo domini potentes
ſunt deus ꝛ diabolus. De quibꝰ Mat. vj. Ne-
mo põt duobꝰ dñis ſeruire ꝛc̄. Sed dicit Pol.
ſup li. Sap. lec. cxlix. ꝙ ĩ toto mũdo res nõ eſt
q̄ poſſit rationabiliter dñs nũcupari p̄ter ſolũ
deũ. Et ponit tres ĩpotẽtias ĩ omni dño terre-
no. Prima ꝙ dñs terrenꝰ nõ põt tantũ redde-
re ſeruo ſicut ſeruus ſibi. ꝛ ꝑ ꝯſequẽs magꝭ in-
diget ſeruo. ſed deꝰ ē dñs realiter. qꝛ ꝓprie ſer-
uo ĩ nullo indiget. nec ꝑ eiꝰ ſeruitiuꝫ aliq̄d ſibi
accreſſit. imo etiã ecõtra ſeruo ſuo potiꝰ ſeruit
quẽ ſꝑ cuſtodit. Iux̃ illud pſ̃. Cõſerua me dñe
qm̃ ſperaui ĩ te. dixi dño deꝰ meꝰ es tu. q̃m bo-
noꝝ meoꝝ nõ indiges. Secunda impotentia
qꝛ nullus dñs terrenus põt ſeruũ ſuũ facere li-
beꝝ. cuiꝰ ratio ē. qꝛ ipſemet ſolus nõ eſt liber.
Seruit eni malis affectionibus. cupiditatibꝰ
ire. iuidie. ꝛ impatiẽtie. ꝛ ſic de aliȷs. Ideo dic̃
Seneca epl̃a. xlvij. Seruꝰ es. oſtẽde q̄s nõ ſit
alius libidini. alius auaricie. alius ambitioni
oẽs timori ſeruiunt. ſicut docet idẽ Sene. ĩ ꝓ-
uerbiȷs ſuis. Dñi vt cõiter magis timẽt q̄ ſub-
diti. Reuera eſt q̄ a multꝭ timet̃ multos timet
regibus peius eſt multũ q̄ ſeruientibus. mani-
feſtũ eſt. quia iſti ſingulos vniuerſos timent. ꝛ
ſic ptꝫ ꝙ domini mundi nõ ſunt liberi. Sed ꝑ
oppoſitũ deus ſolꝰ liber eſt. ꝛ ſeruos ſuos libe-
ros facit Apoc̃. v. Redemiſti nos deus in ſan-
guine tuo ex omni tribu ꝛ lingua et populo. et
feciſti nos deo nr̃o regnũ. id ē. regni eiꝰ parti-
cipes. Tertia impotentia quaꝫ cõmuniter dñi
ſuſtinẽt. ꝙ non poſſunt hoĩeꝫ cõpellere ad eis
ſeruiendũ velint nolint. quia eis nũq̄ bene ſer-
uiet quis inuitus. Sed deo nõ ſolũ homo imo
omnis creatura velit nolit ſibi ſeruit ĩ celo ꝛ in
terra et in inferno. Quia in nomine ieſu omne
genu flectatur. celeſtiũ. terreſtriũ. ꝛ infernoꝝ
ꝛ omnis lingua cõfiteat̃ ꝛc̄. Et pſ̃. Ordinatio-
ne tua ꝑſeuerant dies quoniã omnia ſeruiũt ti-

bi. Ideo deꝰ dr̃ ſolus dñs oiuꝫ. Sed diabolꝰ
dr̃ dñs ꝛ p̄nceps ſeculi vſurpatiue. qꝛ vſurpa-
uit ſibi dominiũ mundanoꝝ. ꝓpter q̄d dr̃ rex
ſuꝑ omnes filios ſuꝑbie. Iob. xlj. Inter illos
duos dominos ante incarnationẽ chriſti fuit
guerra. ꝛ illa incepit in celo. Apoc̃. xij. Factũ
eſt p̄liũ magnuꝫ in celo. ꝛ adhuc durat. qꝛ ſm̃
pſ̃. Suꝑbia eoꝝ qui te oderunt aſcẽdit ſemꝑ.
Adherebãt eni mundani plus parti diaboli q̄
ꝑti dei. Quia oĩs creatura ſub vitio. de pe. di.
ij. c. charitas. Idcirco deus volẽs hoĩeꝫ auer-
tere ne eſſet a parte diaboli contra deũ. cõtra-
xit matrimoniũ cũ hoĩe dãdo filiũ hũane natu-
re. de q̄bus nuptiȷs p̄ñs euãgeliȷ verbũ loquit̃
Siſe ē regnũ ce. In quo q̄dẽ euã. ponit. v. Pri-
mo nuptiaꝝ factionẽ amoroſam ibi. fecit nu.
Scdo iudeoꝝ ĩuitationem ſtudioſaꝫ ibi. miſit
ſer. Tertio ipoꝝ obſtinationẽ dãnoſaꝫ. ibi. illi
negle. Quarto dei vindicationem penoſaꝫ. ibi
Rex cũ audiſſet. Quito gẽtiũ vocationẽ gro-
ſam. ibi. ite ad exitꝰ. Quãtũ ad p̄mũ ponit nu-
ptiaꝝ factionẽ amoroſaꝫ cum dicit. Siſe ē re-
gnum celoꝝ homini regi q̄ fecit nuptias filio
ſuo. Ubi nota ſpũaliter ꝑ hũc regẽ deꝰ pater ĩ- I
telligit̃. qꝛ ē rex regũ ꝛ dñs dominãtiũ. Apoc̃.
xix. Hic fecit filio ſuo xp̃o dño q̄druplices nu-
ptias. videlꝫ diuine incarnatiõis. hũane redẽ-
ptionis. interne vnionis ꝛ eterne glorificatio-
nis. Primo dico ꝙ deꝰ pr̃ fecit filio ſuo vnige-
to nuptias diuine incarnatiõis. Pro quo no-
tãdũ regꝭ terreni filiꝰ q̄ vult ſibi aliquã ſpõſaꝫ
copulari prius ſolet egredi. ꝛ hanc quã vult ſi-
bi ſponſam aſſumere contemplari. qua intuita
ſi placet oculis ſuis. deinde miſſis nunciȷs cõ-
ſueuit eam procari. eaq; procata reuerenter iu-
bet eaꝫ adducere ꝛ in thalamo decenter orna-
to ſe cum ea ſolet vnire. Sic chriſtꝰ ſummi re-
gis filius volẽs ſibi ſponſam ſumere humanaꝫ
naturã p̄mo egreſſus eſt videre eaꝫ. de q̄ egreſ-
ſione ſcribit Hugo de ſan. vic. in trac. de ethio-
piſſa di. Filiꝰ v̄ginis ſuꝑ celeſtẽ hieruſalẽ egreſ-
ſus eſt vt contemplaret̃ patris regna ſui inferi-
ora. Qui circũſpectis omnibꝰ regreſſus ad pa-
trẽ ait. Pater oĩa regna terraꝝ circũiui. que ĩ
omnibꝰ agant̃ cõſpexi. clamorẽ ſodomoꝝ qui
ad te aſcẽdit veꝝ eſſe reperi ꝛ vltiõe digna pu-
niri. Sed iã tẽpꝰ ē vt ĩ futuro mihi ꝓſpiciã vxo-
rẽ ducere. filios ꝓcreẽ. familiã ꝑ me regã. ſpõ-
ſam q̄ mihi placet ĩ domo regꝭ babylonici vi-
di. quam rex ille captiuaꝫ tenet. ꝛ ne q̄ ſit vale-
at agnoſci. vilibus atq; ſordibus veſtibus eã
induit. Ad hoc pater. Abſit inquit a te vt rem
iſtã facias coeterne ꝛ ꝯſubſtãtialis mi fili vni-
ce. Ethiopiſſa de qua dicis nõ eſt condigna ge-
neri tuo. ac tue immenſitati. Ad quem filius.

Fixũ inquit cor habeo ⁊ vxorẽ vellẽ ducere et
nullã niſi hanc contingere. Si ita ẽ inqt pater
tu coeterne ⁊ ꝯſubſtãtialis ⁊ omnipotẽs mi fi
li ĩ manu tua habes eãdẽ de captiuitate libera
re ⁊ ꝓut vis tibi ſpõſam aſſume. Deinde viſa il
la. ⁊ quia placuit oculis eius miſſis nuncijs ꝑ
catus ẽ eam. Quia dicit Hugo vbi ſupra. Sta
tim innumera multitudo angelorum ⁊ celeſtiũ
agminũ his nuptijs ſummi regis miniſtrari cu
piens aſtitit. Idcirco ſcribit Oroſius ſup Cã=
tica. in principio. ꝙ filius regis Hieruſalẽ de=
ſponſauit ſibi filiam Babylonie regis. id ẽ. hu
manã naturam ꝑ internũcios. Quibus illa re=
ſpondit. Quis eſt ille dñs veſter? At illi. Dñs
noſter eſt rex regũ ⁊ dñs dñantiũ. rex glorie.
⁊ ꝑnceps pacis. Et illa. Eſt ne pulcher. At illi
Pulchritudinẽ eius ſol ⁊ luna mirant̃. Ipſe ẽ
ſpecioſus forma ꝑ filijs hoĩuꝫ ⁊ totus deſide=
rabilis. in quem angeli deſiderãt ꝓſpicere. At
illa. Eſt potẽs. Cui nũcij. Poteſtas ei⁹ a mari
vſqꝫ ad mare. At illa. Eſt diues. Cui illi. Gloria
⁊ diuitie in domo eius. Et illa. Honoratur mu
neribus. Cui illi. Reges tharſis ⁊ inſule mune
ra offerunt. Et illa. Que ẽ ſeruitus eius. Et il=
li. Oẽs gentes ſeruiunt ei. Et illa. Que ẽ laus
eius. Et illi. Omnes gentes magnificabũt euꝫ
Et Dauid dicit. Laudent eũ celi et terra. His
auditꝪ ait humana natura. Ipſe dñs veſter ve=
niat per ſe. ⁊ oſculetur me oſculo oris ſui. hec
Oroſius. Et lꝫ iſte mẽtionẽ facit de nũtijs plu
ribus. inter hos tamẽ ſe angelus pro obſequio
domini offerentibus vnus ſolus Gabriel erat
electus. vt dicit Hugo vbi ſupra. qui ei⁹ fieret
paranymphus. Qui ait filio ſummi regis. En
fortitudo ego ſum quem tu tibi queris de me=
dio Babylonie recipere. tu ſi ĩperas. volo. pa
ratus ſum. nõ te augendum eſt inquit filius re
gis eterni. Violentia nulla inferenda eſt baby=
lonico regi. conſilijs occultis ⁊ ſapientia q̃ mi
hi iuncta ẽ de captiuitate babylonica eſt eripi
enda. Ad Mariã virginẽ de ſtirpe Dauid my
ſterium conſilij mei a te Gabriel eſt occulte de
ferendum. apud eaꝫ in thalamo eius cõnubia
nuptiarum nuncianda ſunt ⁊ celebranda. Ad
Mariam angelus deſcendens quod ſibi iniun
ctum fuerat fideliter peragit. vt de hoc habet̃
Luce primo. Ad has nuptias vocare miſit ce=
leſtis pater nuncios aut ſeruos ſuos ſanctos
apoſtolos. qui nunciauerunt iudeis filij dei in=
carnationem. Sed ipi credere hactenus nolu=
erunt. nec per fidem venire voluerunt. ſed ali=
um meſſiã adhuc exſpectant. Quod videntes
apoſtoli ad exitus viarum. id ẽ. ad gentes iue=
runt ⁊ eas ad nuptias has inuitauerunt. quoſ
cunqꝫ inuenerunt introduxerunt ⁊ nuptias im

pleuerunt. Quia maior pars ex gentibus chri
ſti incarnationem crediderunt. Secundo de= k
us pater fecit nuptias filio ſuo noſtre redem=
ptionis. Quia vt dicit Gregorius in cantu pa
ſcali. Nihil nobis naſci profuit niſi redimi ꝓ=
fuiſſet. Et has nuptias fecit quando ſibi ſpon=
ſam ſine ruga eccleſiam militantem deſponſa=
uit. De qua Sapientie. vij. Queſiui mihi ſpon=
ſam aſſumere. ⁊ factus ſum amator forme illi=
us. He qdem nuptie facte ſunt in paſſione chri
ſti in cruce pendentis quando latus ſuũ aper=
tum fuit lancea militis. Nã ſicut de latere Ade
dormientis formata eſt Eua. ita de latere chri
ſti dormiẽtis in cruce formata eſt eccłia ⁊ chri=
ſto coniuncta. De quo apoſtolus Eph. v. Sa=
cramẽtũ hoc magnũ dico in chriſto. i. eccleſia
He nuptie ſunt inchoate ĩ paſſione domini quã
do de latere chriſti dormiẽtis formata ẽ eccle=
ſia. Quia dicit Aug. Iſte miles velut clauiger
cum ſua lancea velut claue quodãmodo ape=
ruit hoſtium in corpore chriſti vt de chriſto ſa=
cramẽta eccleſie ⁊ noſtre ſalutis ſine quib⁹ ad
vitam eternam que eſt vera vita nemo intrare
poteſt emanarent. Sed iſte nuptie ratificate fu
erunt in reſurrectione quando ſoluit eius vin=
culum Zach. ix. Conſumate vero ſunt quãdo
introduxit humanam naturam in eternuꝫ pa=
latium. Circa has nuptias latius eſt notandũ
ꝙ ſunt cõmendabiles propter quattuor. vide=
licet ſponſi magnitudineꝫ. ſponſe pulchritudi
nem. conuiuij plenitudinẽ ⁊ vocatorum multi=
tudinem. Primo noſtre redẽptiõis nuptie ſũt
cõmendabiles propter ſponſi magnitudinem.
Conſiſtit autẽ magnitudo iſta ĩ multis. videlꝫ
in nobilitate. diuitijs. ſapientia. ſpecioſitate.
fortitudine. puritate. honorabilitate. ⁊ bonita
te. He oĩa ſpõſus chriſtus habet ſuperabũdã=
ter. Eſt enim nobiliſſimus. ditiſſimus. ſapiẽtiſ=
ſimus. ſpecioſiſſimus. fortiſſimus. puriſſimus
honorabiliſſimus. ⁊ optimus. vt tãgit apoſto=
lus ad Heb. j. Locutus eſt nobis ĩ filio ſuo. Ec
ce nobilitas. quem conſtituit heredem vniuer
ſorum. ecce diuitie. Per quẽ fecit ⁊ ſecula. ecce
ſapientia. Qui cum ſit ſplẽdor glorie ⁊ figura
ſubſtantie eius. ecce ſpecioſitas portans oĩa
verba ṽtutis ſue. ecce fortitudo purgationem
pctõꝝ faciẽs. ecce puritas ſedet ad dexteraꝫ
patris ĩ celeſtib⁹. ecce honorabilitas et tanto
melior angelis effectus quãto ꝑ illis nomẽ he
reditauit. ecce bonitas. Ideo ꝯgrue dicit đ ip
ſo pſ. Magn⁹ dñs ⁊ laudabilis nimis ⁊ magni
tudinis ei⁹ nõ ẽ finis. Scđo iſte nuptie ſunt cõ
mendabiles ꝓpter ſponſe pulchritudinem. ſcꝫ
in principio ⁊ nõ modo. Nã ſponſa chriſti ſan=
cta eccleſia quãdo primitus xp̃o ꝯiuncta erat

pulchꝛa in omnibus ſuis mēbꝛis ⁊ oꝛnamētis
vt de ipſa diceret ſponſus Cant. iiij. Tota pul
chꝛa es amica mea. ⁊ macula nō eſt i te. Quia
in membꝛis ſuis fecit eam pulchꝛam. vt teſtat
beatus Aug⁹. Et te inquit pulcherrimus ille ⁊
ſpecioſus foꝛma p̄ filijs hominuꝫ veniebat ad
fedam vt eam pulchꝛam faceret. Sed heu que
pꝛius erat valde pulchꝛa iā perit eius pulchꝛi
tudo. ſicut dudū p̄dixerat Hieremias Thꝛeñ.
j. Egreſſa ē a filia ſion. id ē. ab eccleſia omnis
pulchꝛitudo. Quod poteſt de ſingulis mēbꝛis
declarari et oſtendi. videlicet in capite. in ocu-
L lis. in oꝛe. ⁊ ſic ꝺ alijs. Pꝛimo igitur de capite
huius ſponſe chꝛiſti ſancte videlicꝫ eccleſie ca-
tholice que eſt fidelium chꝛiſti multitudo fide
⁊ charitate vnita. diſ. xciij. c. legim⁹. Eius qui
dem caput i p̄ncipio fuit beat⁹ apl's Petr⁹ qui
dict⁹ ē cephas. i. caput aploꝝ. vt ptꝫ. ij. q. vij.
c. hoc. Et tūc eccleſia q̄tum ad caput fuit pul-
chꝛa ⁊ cōiter ſuis ſequacib⁹. vt patuit i beato
Clemente. cleto. ⁊ ſic ꝺ alijs. vt tūc diceret de
ſpōſo eccl'ia illud Cant. vj. Caput ei⁹ aurū op-
timū. ⁊ q̄d p aurū niſi charitas. q2 oīa ex cha-
ritate tūc fiebant. In ſignū iſti⁹ dixit dñs ieſus
petro q̄ debebat eſſe caput ſpōſe ſue eccl'ie. Si-
mon iohānis diligis me plus his. ⁊ hoc tertio
iterādo Joh. vlt. Deinde aūt hec ſpōſa ſancta
eccleſia chꝛiſti ꝓpter demerita populi facta ē
in capite ſuo languida ⁊ pꝛaua. De quo i cano
ne. vj. q. j. Ex merito plebis nōnū q̄ epi depꝛa-
uantur quatenus ꝓcliuius cadant q̄ ſequūtur
capite eni languefcēte coꝛpoꝛis mēbꝛa iueniū-
tur lāguida. Poſtea v̓o facta ē mōſtruoſa hñs
tria capita. videlꝫ Johannē. xxiij. Greg. xij. et
Benedictū. xiij. Et illoꝝ quilibet habuit ſub ſe
parteꝫ eccleſie. ita vt eccl'ia que debet eſſe vna
chꝛiſti colūba, Cant. vj. Una eſt columba mea
Fuit eni in tres partes ſciſſa. Sed Johannes
ꝓpter crimina enoꝛmia depoſitus fuit ⁊ vincu
lis mancipatus Benedictus autem diu vexa-
bat eccleſiam. Gregoꝛius aūt libere ceſſit ꝓpt
ſancte eccleſie vnionē. ⁊ hoc fuit anno domini
M. cccc. xv. Sꝫ nūc videlꝫ anno dñi. M. cccc
xlvij. foꝛtaſſis acephala ē ſancta ſpōſa eccl'ia.
Sic ⁊ pōt dici de capitibus ſecularib⁹ ſancte
eccleſie ſponſe xpi. in quibus omnib⁹ ē ipa de-
M turpata. Scd̄o q̄dem patet de oculis eccl'ie q̄
ſunt pꝛelati inferioꝛes pape. ⁊ hi olim in p̄nci-
pio fuerūt ceteri apoſtoli. vt Johes. Andreas
⁊ ſic de alijs. Siliter. lxxij. diſcipuli xpi. i qb⁹
ſpōſa eccleſia fuit pulchꝛa. vt exponeret de il-
la illud Cant. v. Oculi tui ſicut columbe ſuper
riuos aquaꝝ que lacte ſunt lote. ⁊ reſident ſu-
per fluenta pleniſſima. Quia ꝯtinue habebāt
reſpectū ne accipiter infernalis quē q̄ caperet ꝺ
ſuis ꝯuerſis. ⁊ ſedebant ſup fluenta doctrina-
rū ꝓ ignaris inſtruēdis. Sꝫ moderni noſtri p̄-
lati neqꝫ ſcientia neqꝫ doctrina ſubditos illu-
ſtrant. ſꝫ ſtudēt vt marſubia ſubditoꝝ euacu-
ent. Nō ergo ego dico. ſed ſanctus Berñ. ſup
Cant. ſermone. ij. Quē inquit dabis mihi ꝺ nu
mero p̄poſitoꝛum qui non plus inuigilet ſubdi
toꝛum euacuandis marſubijs q̄ vitijs extirpā
dis. Quia ſm apoſtolū Phil. ij. Omnes q̄rūt
q̄ ſua ſunt non que ieſu xpi. Ideo poteſt dicere
iā ſancta ſpōſa xpi eccleſia illꝺ pſ. Defecerūt
oculi mei dum ſpero in deum meū. Defecerūt
inquā non dumtaxat in doctrina ſed etiā i mo
rali vita que ē quaſi ſubditoꝛū lucerna. Juxta
illud Mat. vj. qꝺ vicit dñs ad ſpōſam ſuam ec
cleſiā. lucerna coꝛpis tui oculus tuus. vbi ſm
glo. p lucernā rectoꝛ eccl'ie itelligit q̄ bñ ocul⁹
dr̄. q2 plebi ſubiecte q̄ p coꝛp⁹ ſalutaris videri
debet. Si ḡ eccl'ie rectoꝛ moꝛigerat⁹ ⁊ bon⁹ fu
erit. vt cōiter ſubditi boni erūt. Si aūt errauе
rit quāto magis ſubiect⁹ ſibi popul⁹ deuiabit.
vt dicit Remigi⁹. Et hoc vult cū dicit. Si ocu-
lus tuus fuerit ſimplex totū coꝛpus tuum luci
dū erit. Si autem oculus tuus fuerit nequā to
tum coꝛp⁹ tuū tenebꝛoſum erit. Quia p̄lat⁹ dū
peccat nō tm̄ ſe ſed etiam ſubditos peccantes
obtenebꝛat et occidit. Quod figuratum eſt. j.
Reg. vlt. i Saul vbi legit. Dū philiſtei pugna
uerūt ꝯtra populū iſrael verſum eſt ſup Saul
totum p̄lium. igit ſagittis plurib⁹ vulnerat⁹ ir-
ruit ſup gladiū ſuuꝫ. Quod vidēs armiger ſu⁹
qui erat circa illū fecit ſimiliter. ⁊ moꝛtui ſunt
ambo. Spūaliter ſaul q̄ iterp̄tat abutēs ſigni-
ficat malū p̄latū qui male abutit officio paſto-
rali ꝓficiens honoꝛibus ⁊ deficiēs moꝛib⁹. fer
tur ſup eum totum pondus pꝛelij. q2 ſanguinē
populi peccātis requirit dñs de manibus ſuis
vt patꝫ Ezech. iij. Itē vulnerat a diabolo tri-
bus arcubus. videlicet Carnalis concupiſcen
tie. Fraternalis inuidētie. Mundialis ꝯſcien-
tie. Pꝛim⁹ arcus diaboli ē carnalis ꝯcupiſcen N
tie. quē diabol⁹ ꝯtra p̄latos tetēdit. de q̄ mala
ſagitta mulier vna ⁊ inquieta impatiēs ad ca-
piēdū animas ꝓcedit q̄ capiebat ⁊ vulneraba
tur vecoꝛs ille iuuenis. Pꝛouer. vij. q̄ ſeq̄bat
eā tanq̄ bos ductus ad victimā. ⁊ ſic ignoꝛat
q̄ ad vincula ſtultus trahat donec ſagitta trā
figat coꝛpus ſuum. Iſta enim ſagitta eſt pēna-
ta per oꝛnatum curioſum. ferratā per animuꝫ
malicioſum. inflammata per amoꝛem libidino
ſum. vnde legitur in fabulis q̄ Cupido fili⁹ ve
neris vocabatur qui cum ſagitta ⁊ facula pin-
gebat. q2 amoꝛ carnalis vulnerat ⁊ inflammat

Cum hac ſagitta vulneratꝰ fuit Dauid ī aſpe=
ctu Berſabee cum vidiſſet eam ſe lauantem.ij.
Reg.xj. Iſta ſagitta abſcondit̄ in pharetra ꝙ̄
diu mulier abſcondit ſe in camera. Arcus ten=
ditur quando cum peruerſa intentiōe armatꝰ
componitur. Sed ſagitta emittitur quā̄do ipſa
in publicū progreditur.⁊ ideo ſicut periculo
ſum eſt hominibꝰ nō armatis inter ſagittas vo
lantes procedere ita valde periculoſum ē pla=
tis ſaltē iuuenibus non habituatis virtutibus
nec ſcripturaꝝ vſibus aut ſolidis moribus in
ter mulierum frequētias conuerſari. Quapro
pter vnicuiq꜄ tali ꝯſulit beatus Hiero.ad Ru=
ſticū monachū. Et habet̄ de ꝯſe.di.v.c. nunꝙ̄
Ama inquit ſciaꝫ ſcp̄turaꝝ ⁊ vitia carnis non
amabis. Secūdus arcꝰ diaboli ē fraternalis
inuidētie.de q̄ procedit ſagitta peſtifere detra
ctionis.que iam cōmuniter emittitur ī menſis
⁊ conuentibus prelatoꝝ. Iux̄ illud pſ̄. Para=
uerunt ſagittas ſuas in pharetra.id ē.in mala
machinatiōe.vt ſagittent ī obſcuro rectos cor
de. Contra quod dicitur diſ.xliiij.c.conuiuia.
ꝙ vita abſentiū in menſis clericoꝝ non debet
morderi per detractioneꝫ iuxta illud. Si quis
amat dictis abſentum rodere vitam. Hāc mē=
ſam indignam nouerit eſſe ſibi. Hec inquā de=
tractio ē ſagitta doloſa que ſimul tres occidit
ſicut dicit Bern̄.detrahentem.audienteꝫ.⁊ ab
ſentem. De q̄ Hiere.ix. Sagitta vulnerās lin=
gua eorum dolum locuta eſt. ⁊ ſignū eſt ꝙ alij
in ꝯuiuijs talium detractorum. Quia ſicut bo
nus ſagittarius nō emittit ſagittas electas cō
tra lapides vbi repercutiuntur ⁊ frangunt̄.ita
nec diabolus verba detractionis eijcit ad au=
res ſanctorum ⁊ bonorum virorum qui in ver=
bis talium non delectant̄. Vn̄ Hiero.in epiſto
la ad Ruſticū monachū. Sicut inquit ſagitta
ſi mittatur contra duram materiā nōnunꝙ̄ in
mittentem reuertitur ⁊ vulnerat vulnerantem
Ita detractor ſi triſtem viderit faciem audien
tis.imo non audientis ſed obturātis aures ſu
as ne audiat ſanguinem ilico conticeſcit. pal=
let vultus.herent labia.ſaliuaq꜄ ſiccatur. Ter
tius arcus diaboli eſt arcus mundialis conſci
entie de qua procedit ſagitta malicioſe conſpi
rationis ⁊ malarum adinuentionū contra ſub
ditos innocentes. Prouer.xxv. Sagitta acu=
ta homo qui loquit̄ contra ꝓximū falſum teſti
moniū. Iſti figurāt̄ ꝑ illos ſagittarios q̄ vtra=
q꜄ manu fundis ſaxa iaciebant ⁊ ſagittas ſimili
ter.ſicut dicit̄.j. Paral̄.xij. Ita iſti p̄lati eque
bene formant actiones iniuſte ſicut iuſte.ita li
benter contra innocentem ſicut perſequentem
Propter qđ conqueritur q̄libet iuſtꝰ. Thren̄.
iij. Tetendit arcum ſuū poſuit me q̄ſi ſignum
ad ſagittam. His arcubus vulnerat diabolus
corda prelatoꝝ. Quibus vulnerati ſponte ad
ſimilitudinē Saul irruunt ſuꝑ gladiū quando
ſponte exercent peccatū. Et hoc etiaꝫ facit ar
miger cum ſubditus ſui prelati exemplū ſumit
audaciaꝫ peccandi. Et tunc vt dicit Grego.iij
moraliū. Prelatus tot mortibꝰ dignus ē quot
male viuendi exempla ad ſubditos trā̄ſmittit.
Tertio patet de genis huius ſponſe que ſunt
martyres.qui olim multum redolebant.et ru=
bei per charitatem fuerunt. vt tunc diceret̄ de
ſponſa eccleſia. Cant̄.v. Gene illius.id eſt.ſan
cti martyres ſicut aureole aromatum conſite
pigmentarijs. Quia ſicut martyres qui in cor
pore eccleſie chriſti ſponſe rubent quo duriꝰ te
nebātur eo maiorem coram deo ſuauitatē emi
ſerunt. Sed modo iſte gene pallent.quia pau=
ci vel ſaltem nulli ſunt qui mortem ꝓ domino
pati vellent. Quia dicit Gregoriꝰ in omel̄. Nul
li noſtrum hoc tempore dicit deus.pro me mo
rere.ſed illicita vita tm̄ deſideria occide. Quid
ergo ī pace carnis deſideria nolumus ſubige=
re quando in bello pro domino ipſam carnem
daremus.q̄ſi diceret.nullo modo. Quarto pa
tet de auribus. Aures autē huius ſponſe chri=
ſti ſancte eccleſie ſunt ꝯfeſſores vel cauſaꝝ au
ditores. He aures olim aperte erāt omnibus
tam diuitibus ꝙ̄ pauperibus.q꜅ audiebāt con
feſſiones indifferēter oīuꝫ. ⁊ cū ꝯfitentibꝰ fle=
bāt.ſic̄ fecit beatꝰ ꝯfeſſor Ambro.q̄ tāte cōpaſ
ſionis erat.vt cū ſibi aliq̄s lapſum ſuū confite
ret̄ attente audiebat.⁊ ſic amariſſime flebat.ꝙ
ſimiliter eum flere compellebat.vt dicit legen=
da. Sed iſte aures hodie ſunt ſurde. Naꝫ ſunt
nonnulli qui nolunt audire cōfeſſiones niſi ac
cipiant munera. Et ob hoc confitentibus faci=
unt pactiōes.quod tamē fieri nō debet. Quia
dicit Iohēs ꝯ deo in tractatu ſuo. Firmiſſime
tene ⁊ nullatenꝰ dubites ꝙ ſacerdos nihil pōt
petere.nec debet ab eo q̄ ſibi ꝯfitet̄ ꝓ peniten=
tia imponenda.nec ꝯfeſſione audienda aut ab
ſolutiōe danda. Quia ꝯ talibus ſpiritualibus
ceſſare debet omnis pactio ⁊ conuentio. Si ta
men gratis vellet dare penitens pōt confeſſor
recipere ſine culpa.vt probat Bonifacius.j.q
ij.ꝙ̄ pio. Et apaſtolus.ij. Cor.j. Vnuſquiſq꜄
det vt deſtinat in corde ſuo. Hilarem enim da=
torem diligit deus. Nec debet confeſſor ea in=
tentione audire confeſſiones ⁊ imponere peni=
tētiam vt aliquid recipiat a penitēte. quia tūc
tremendum iudicem grauiter ſe aſtringit. ex=
tra de ſymonia.tua.j.q.j. Sunt nonnulli. Et.j
q.iij.non ſoluꝫ. Nec debet reſpicere ſi burſam

ſoluat vt ſibi pecuniã impẽdat. nec aliquo pe-
nitenti ſibi indulgeat pro pecunia ſibi data. eti
am ſi intendat pauperibus erogare. qꝛ qui ma
le accipit vt bene diſpenſet grauatur potius ꝙ
iuuatur. vt dicit Gregorius. j. q. j. Non eſt pu-
tãda. Et Alexãder. j. q. iij. ex multis. Et Aug⁹
xiiij. q. j. neqꝫ eni. Quinto autem patꝫ de naſo
Naſus autem huius ſponſe ſũme eccleſie ſunt
ſapientes bonorum ac maloꝝ diſcretores. Et
hi olim erant in eccleſia ſicut dixit xp̄s. Mat.
xxiij. Ecce ego mitto ad vos ſapientes et ſcri-
bas. ⁊ tunc benedicebatur ſponſe eccleſie chri
ſti. Cant. vij. Naſus tuus ſicut turr[is] lybani. qꝛ
tunc diſcretio ſapientum in ſublimitate ſancti-
tatis conſiſtebat. Sed nũc talis diſcretio ẽ cir
ca terrena. Quia filij hui⁹ ſeculi prudentiores
ſunt filijs lucis in generatione ſua. Luc. xvj.
Nec inter ſanctum ⁊ pphanum habent diſtan
P tiam Ezech. xxij. Sexto patet hoc de ore. Os
autem huius ſponſe ſunt aduocati. Et hi olim
rubicundi erant ex charitate. videlicꝫ patroci
niũ pſtantes. ⁊ cauſas quãto cito poterant ter
minãtes. Nũc autꝫ ex cupiditate cauſas pro
longãt. ideo figurati ſunt per ranas. vt Exo.
viij. que morantur in aquis immũdis. ſ. in pa-
ludibus ⁊ foſſatis. et ſua coaxatione homines
inquietant. Sic illi vt dicit Nicolaus d lyra in
morali gloſa ſua loquacitate plongant cauſas.
mundũ qui ſignificatur p egyptum inquietant
multipliciter ⁊ pturbant. ⁊ exemplo ſue immũ
dicie multos fedant. Sed ꝙ p Moyſen ducꝫ
⁊ Aaron pontificẽ abigant. notat ꝙ p̄ncipes
⁊ p̄lati in ſuis curijs debent reſtringere aduo-
catoꝝ loquacitatẽ. ⁊ debent illos querere qui
ſunt ſapientes. ſicut Pharao Geñ. xlj. Septi-
mo patꝫ in dentibus. Dentes eni ſponſe eccle
ſie chriſti ſunt doctores. vt dicit Hol. lec. cj. qꝛ
ſicut officium dentium eſt cibos frangere. diui
dere. cõterere ⁊ maſticare. Ita officiũ doctoꝝ
eſt ſacram ſcripturã frangere ⁊ diuidere ſm ꝙ
ſubditoꝝ neceſſitas exigit ⁊ requirit. Dentes
illi videlicet doctores qualiter fuerunt i primi
tiua eccleſia oſtendit Cant. vj. vbi dicit ſpon-
ſus xp̄s ſue ſponſe eccleſie. Dẽtes tui ſicut gre
ges ouium que aſcenderũt de lauacro. Dẽtes
iſti qui peccata rodunt ⁊ ſcripturam atterunt
ſunt fortiores doctores. vt Hiero. Aug. Amb.
Grego. Bern. ⁊ c̃. ad regendã eccleſiam apti. q
firmitate fidei pualuerũt ꝯtra hereticos ⁊ ec-
cleſie ſancte vaſtatores. Et dicunt iſti dẽtes ſi
cut greges ouiũ ppter innocentiam. ppter vo
lũtariam paupertatem. p quam ab eis omnia ſu
perflua ⁊ quecũqꝫ nociua abſtulerunt. Quia d
Aug. doctore glorioſo canit. Teſtamẽtuꝫ nul
lũ fecit. qꝛ pauper vnde faceret nõ habuit. Ful
gebat i venerãdo duplex decus. Gregori⁹. Se
natoria dignitas ſm genus ſeculi. Volũtaria
paupertas iux̄ p̄ceptuꝫ domini. ⁊ ſic de alijs do
ctoribus ſanctis qui aſcenderunt de lauacro.
qꝛ baptiſmali vel penitentiali regeneratiõe p-
fecerunt ꝯtinue de virtute in virtutem aſcẽdẽ-
do. Ideo Geñ. xlix. dr̃. Dentes eius. ſ. eccl̃ie
xp̄i ſpõſe lacte cãdidiores. ⁊ hoc ppter vite pu
ritatẽ ⁊ ſapie venuſtatẽ. Sed nũc dẽtes eccl̃ie
ſcꝫ doctores ſtuporẽ attraxerũt. qꝛ qñ hõ co-
medit fruct⁹ acerbos ⁊ imaturos. tũc nõ pñt
ſtatim maſticare dẽtes alios cibos ſine leſiõe.
Sic ad preſens puta doctores moderni occu-
pãt. ſ. ſuũ ingeniũ nimis circa ſcias ſeculares
⁊ circa prudentiã diſponẽdi iſta mũdana ꝯtra
hunt ſtuporẽ ⁊ fiunt inepti ad diſcernendũ ci-
bos doctrine ſacre fidei ad vſum ſubditorum.
Et de talibus dr̃ Amos. iiij. Dedi vobis ſtupo
rem dentiũ in cunctis vrbibus vr̃is ⁊ indigen
tiã panꝫ in omnibus locis veſtris. Quia rar⁹
inuenit doctor modernis tp̄ib⁹ qui ſe circa in-
geniũ ſacraꝝ ſcripturaꝝ. videlꝫ omnia mãdu
cãdo ⁊ ignaris diuinãdo i p̄dicatiõib⁹. ſ. occu-
paret. ſed in curijs epoꝝ ⁊ alioꝝ dñoꝝ conſi-
ſtũt. ⁊ cumulãdis pecunijs inſiſtũt. ideo ſtupo
rem ꝯtrahũt. Iſtũ tñ ſtuporẽ auferre hñt ſubti
liter ⁊ faciliter p ſal. qꝛ qñ dentes ſtupidos cũ
ſale fricamus ſtuporẽ ab eis auferam⁹. Sic in
ſimili. ſi iſti cũ ſale. id ẽ. ſciẽtia ſacre ſcripture
ſe occuparẽt ſtuporẽ a ſe romouerent. ideo di-
cit eis apoſtolus ad Col. iiij. Sermo veſter ſit
cum ſale. i. cuꝫ ſapientia ſpũali conditus vt ſci
atis quõ oporteat vos vnicuiqꝫ reſpõdere. qꝛ
ſm glo. aliter debẽt loqui ſapiẽtibus. aliter in
ſipiẽtibus. Dicit eni phus i pbleumat[ibus] ꝑticu-
la. j. pbleuma. xxxj. ꝙ habentes raros ⁊ diſtã
tes dẽtes non ſunt ita longeui ſicut illi qui ha-
bent dẽtes cõiunctos ⁊ fortes. Sic illi i eccle-
ſia. i. in chriſtianitate q habent raros dẽtes. i.
paucos doctores inſtructos i ſacra ſcriptura
non ſũt ita lõgeui. id ẽ. pſeuerantes in vita grẽ
ſicut illi vbi abundant doctores. Octauo ptꝫ
hoc de collo. Et colluꝫ eccleſie electiſſime xp̄i
ſpõſe. ſũt clerici aut ſacerdotes. ⁊ hi olim erãt
alti in contemplatione ⁊ decorati i caſtitate vt
tũc diceret eccl̃ie. Cant. vij. Collũ tuũ ſic̃ tur-
ris eburnea. Dicebat eni turr[is] ppt̃ ꝯtẽplatio-
nis eminẽtiã. ⁊ eburnea ppt̃ caſtitat[is] refulgẽti
am. Sed quales nũc ſunt nõ eſt neceſſe hic ite-
rare. qꝛ d hoc ſatis ſupius. ſ. iiij. L. eſt expreſ
ſum. Decimo liquet hoc d pectore. Pect⁹ aũt
huius ſponſe que eſt ſine ruga ſunt nobiles et A
potẽtes. qꝛ ſicut pect⁹ quodãmodo ẽ fortius i
corpe. ſic nobiles ⁊ potẽtes mũdi vel dñi ſunt
fortiſſimi i fideliũ cõgregatiõe. Hi igitur ſicut

mēbra eccleſie exiſtunt.ita olim ecclīam defenſarunt.quorum vnus notabilis valde fuit.Cōradus dux ferocie.quem laudat phia libro.iij vt recitat pauper Henricus dicens.Unicus ille leo fidei imo murus et hoſtilis.Unicus ille timor dux verus ⁊ noſtre Cōradus cauſa ſalutis.q.d.Iſte Cōradus fuit ferocie dux.vnic⁹ leo fidei ⁊ cauſa ſaluti noſtre.id ē.dominici ſepulcri defenſor ⁊ paganoꝝ timor.quia eos in bello in cuius acie ipe erat,ꝓſtrauit.⁊ ſic eccleſiam defenſauit.Idē ptʒ de nobili duce Henrico cognominato cū barba.qui,ꝓ eccleſia defenſanda contra paganos vitā poſuit tēporalem Sʒ nūc ſeculares dñi potētes ⁊ dominatores bona eccleſie deſtruunt ⁊ conſumunt.iuſticiaʒ ſupprimūt.veritatem odiunt.falſitatē diligūt pacem eccleſie deſtruūt.diſcordiā nutriunt.viduam ⁊ pupillos nō defendūt.nephāda mala in prouincijs ⁊ ciuitatibus ſuis fieri ꝑmittunt Item impletū eſt quod predixit Eſa.xix.Conuerſum eſt iudicium retrorſuʒ.⁊ iuſticia longe ſtetit.qꝛ corruit in platea veritas ⁊ eqtas non potuit ingredi.⁊ facta eſt veritas in obliuionē Undecimo igitur ptʒ de vberibus.Ubera enī ſunt conſiliarij de quibus olim dicebat̄ Cant.vij.Ubera tua ſicut botri vinee.quia de ipſis emanat vinum boni ⁊ dulcis cōſilij in vtilitatē totius cōmunitatis ⁊ eccleſie.Nūc autē conſiliū dant in nocumentū eccleſie ⁊ toti⁹ cōitatis vt iā dicat tota trinitas de eccleſia.Cant.vlt.Soror mea puula eſt ⁊ vbera nō habet.i.cōſiliarios.Quia iā generaliter conſiliarij tā dñorum ꝙ ciuitatū ſunt contra eccleſiā dando cōſilia vt ab ecclīa eccleſiaſticiſqꝫ ꝑſonis exactiones capiant̄ cū tamē debēt eſſe immunes ab omni exactione ſeculari.xxix.q.vlt.Conuenior.⁊.§.ꝙuis.C.de ſacrificijs eccle.ad inſtructiones.l.placet.Et tales conſiliarij mali qui iam pro lacte ſaniem fundunt.ſi cōmoniti non ceſſauerint dare conſilia contra libertates eccleſie cum ſuis fautoribus excōmunicationi ſe nouerint ſubiacere.vt patet de emp.eccleſie.⁊ cū non minus.ex conſilio lateraneñ.Duodecimo ptʒ hoc in brachijs.Brachia enim ſponſe chriſti eccleſie ſunt milites ⁊ militares q̄ olim artifices ⁊ agricolas protexerūt.Et merito q̄dem artifices.quia illos debent protegere qui veſtes ⁊ alia corporis neceſſaria operant̄.Similiter autem agricolas.quia cum agricole laborent et agrum colant eos milites protegere ⁊ cuſtodire dignātur vt ſibiipſi ⁊ militi ⁊ equo pabula colligant ⁊ miniſtrent.Et quando hoc milites fecerunt dictum fuit illud pſ.Brachiū ſanctum eius ſcʒ eccleſie.Sed nunc neqꝫ artifices nec mercator nec agricola tutus ē quin ab eis ſpolientur.vt exponatur de vnoquoqꝫ tali milite illud Ezech.xix.Factus eſt leo ⁊ didicit rapere predā.⁊ homines deuorare.Tredecimo patet in cruribus.Sunt autem crura ſponſe chriſti eccleſie ciues et mercatores.de quibus olim illud dicebatur.Cant.v.Crura eius columne marmoree.quia ſm̄ naturales marmor eſt lapis compactus pulcher ⁊ vtilis Ita ciues primitiue eccleſie erant compacti ꝑ temperantiam.pulchri per prudentiam ⁊ vtiles per iuſticiam.Secus autē ē de ciuibus modernis.vt ptʒ cuilibet apud eos morāti.Quia ſunt intemperantes.iniuſti.vt de quibuſdā dici poteſt illud pſ.lj.Tota die iniuſticiam cogitauit lingua tua.Decimoquarto patet hoc in manibus.Manus autem huius ſponſe ſunt artifices.Et has iſta ſponſa chriſti eccleſia olim large extendit ad pauperes.quia in primitiua eccleſia faciebant collectas elemoſynarum.vt impleretur tunc illud Prouer.xxxj.Man⁹ ſuas extendit ad pauperes.quia in primitiua eccleſia fiebāt collectiōes elemoſynaꝝ ꝓ pauperibus chriſtianis.de quibus apoſtolus ſcribit corintheis hortando eos ad illud cuʒ dicit.j.Cor.vlt.De collectis que fiunt in ſanctos.i.ꝓpter fideles pauperes hieruſalem habitātes ſicut ordinaui in eccleſijs gallacie.ſcʒ regiōis gratie.ita ⁊ vos.ſ.facite collectā elemoſyne ꝓ fidelibus.Sʒ iam tales manus aruerūt.quod ptʒ Mat.xij.Ecce homo habens manū aridā Per hunc ſignificatur quilibet auarus artifex cuius manus ad opa pietati ⁊ largitatis ſunt inualide.Sed vt ſanent̄ ꝑ xp̄m cuilibet tali dr̄ Extende manū tuaʒ.⁊ reſtituta eſt ſanitati.qꝛ cum ex dei dono ad charitatis opera extendit tūc ſanatur.Quintodecimo ⁊ vltimo ptʒ hoc in pedibus.Pedes autem eccleſie ſunt agricole ⁊ ruſtici.Et hi olim fuerūt boni ⁊ recti.vt bene exponeretur ꝺ ipſis illud Ezech.j.Pedes eius pedes recti.Quia ruſtici habēt ſecuriorē vitam.qꝛ minus peccant,ꝓpter ꝯtinuū laborē Quia nō ita ad cognitiones peſſimas conuertuntur vt faciunt alij diuites delicati.Quia dicit metriſta.Diuitijs vti res eſt diuerſa ſaluti Paucos certe bonos quos beat eris onus.xxxvij.diſ.Eccleſie ꝑncipes.Sed hoc olim dictum fuit ꝺ ruſticis.nūc autem ſine omni timore dei plebanos ſuos contemnūt.ſabbata non cuſtodiūt.decimas nō ſoluūt damna ſibiipſis magis faciunt.vt ptʒ ſupra.F.iiij.T.Seinaicem odiūt.frumenta tempe neceſſitati abſcondūt.Alios quos pn̄t ſupprimūt.⁊ ſeipſos ſolū diligūt.Et hoc ꝑdixit aplus.ij.Timo.iij.In nouiſſimis dieb⁹ inſtabūt tpa periculoſa.erūt homines ſeipſos amantes.cupidi.elati.ſupbi

blaſphemi .parentib⁹ videlicet ſpiritualib⁹ nō
obedientes .ſceleſti . ſine affectiōe ꝛ ſine pace.
Ecce q̄liter ſponſa chriſti eccleſia fuit pulchri
B ficata .nūc autē deturpata . Tertio iſte nuptie
fuerunt cōmendabiles ,ꝓpter conuiuij plenitu=
dinem . In hoc cōuiuio eſt panis viuus chriſt⁹
qui dicit Joh̄ .vj. Ego ſum panis viu⁹ qui d̄ ce
lo deſcendi .ſi q̄s mādu cauerit ex hoc pane vi=
uet in eternū . In hoc cōuiuio obtulit xp̄s cor=
pus ꝛ ſanguinē ſuū . hoc ideo vt dicit Hugo ſu
per p̄mū angelice hierarchie .vt .ſ .p cibū car=
nis ſue inuitet ad guſtū diuinitatis vt hō man
ducet panē angeloꝝ omne delectamētū i ſe ha
bentē ꝛ oīs ſaporis ſuauitatē . Sap̄ .xvj. ideo
maxie reficit . Quia dicit vertallen̄ .ſup Cant̄.
Nihil eſt quod ita gratū mentibus preſtet refe
ctionē ſicut panis ſupſubſtantialis .i. euchari=
ſtie . Ad has etiā nuptias obtulit Ruth panē
intinctū i aceto dn̄ice paſſionis Ruth .ij. Et hi
panes habēt v̄tutem omnia patienter ſuſtinen
di aduerſa . Quia dicit Aug .in li .de ꝯflictu vi=
tioꝝ ꝛ virtutū . Si paſſio redemptoris nr̄i ad
memoriā reducat̄ nihil tam durū q̄d non equo
aīo tolleret̄ . Parua eni omnia reputam⁹ ſi ſue
paſſioni comparemus que patimur . Ad illas
nuptias venerande noſtre redēptionis .vt ple
num fieret conuiuiū obtulit Melchiſedech pa
nem ꝛ vinum Gen̄ .xiiij. Moyſes diuerſa obtu
lit ferculoꝝ genera .videlicꝫ mel de petra .ole
um d̄ ſaxo duriſſimo .butyrū d̄ armento .ꝛ lac
de ouibus cuꝫ adipe agnorum ꝛ arietum filio=
rum Baſan .ꝛ hircos cuꝫ medulla tritici .ꝛ ſan
guinem vue bibere meraciſſimum . Deut̄ .xxxj
Abel obtulit agnum . Abraam obtulit arietē
Gen̄ .xxij. Joſue vaccā . Moyſes volatilia pē
nata .et rex euangelicus altilia occiſa Matth
xxij . Apoſtoli obtulerūt piſces de mari Johā=
nis vltimo . Piſces de fluuio . Tobie ſexto . Et
piſces de ſtagno Leuit̄ .xj. vbi dicitur . Omne
q̄d habet pennulas aut ſquamas tam in mari
q̄ in fluminibus et ſtagnis comedetis . Ubi di
cit Gregorius in gloſa . Piſces qui habent pē=
nulas ſolent ſaltare ſuper aquas .ꝛ ſignificant
animas que eleuātur vltra illa fluxibilia ꝛ trā=
ſitoria per contemplationem .ꝛ illi ſunt come=
dendi .id ē .eccleſie incorporandi .q̄ ſunt mun
di . Sed Hugo dicit . Piſces de mari ſunt ſecu=
lares .qui adhuc ſunt in hoc mari magno . Pi=
ſces v̄o de flumine ſunt doctores qui fluūt ſci
entia ad alios . Sed piſces de ſtagno ſunt clau
ſtrales quieti q̄ omnes in flumine baptiſmi mū
dati ſunt .ꝛ ideo comedendi . ꝛ in corpus eccle
ſie traijciendi . De iſto conuiuio nuptiarum no
ſtre redemptionis loquitur Hugo de ſancto vi
ctore . O qualis refectio vbi dapifer eſt chri=
ſtus . Pincerna vero ſpiritusſanctus . Chriſtus
enim miniſtrat in cibo . Juxta illud pſ̄ . Mittit
criſtallum ſuam ſicut buccellas . Spiritusſan=
ctus miniſtrat in potu . Unde Dauid ibidē di=
cit . Flauit ſpiritus eius ꝛ fluent aque ſcꝫ viue
quia viuificant . Quarto iſte nuptie ſunt com= C
mendabiles propter inuitatorum multitudinē
Nā paratis illis nuptijs noſtre redemptionis
in coniunctione chriſti ꝛ eccleſie miſit deus pa
ter apoſtolos ſuos vt ad eas vocarent inuita
tos .ꝛ dixit eis . Dicite inuitatis . Ecce prandi=
um meum paraui .i. doctrinam iuſticie et men=
ſam triplicē ſcripturaꝝ ex oīb⁹ ꝓphetis ordi=
naui vt s̄ .ſer .lxxxix. G . Tauri mei .i. p̄res an
tiqui teſtamēti .ꝛ altilia mea .i. patres noui te=
ſtamēti .occiſa ſunt .ꝛ oīa parata ſūt venite ad
nuptias . Ecce iuitatoriū dei ꝛ apoſtoloꝝ ſimi
literq̄ꝫ aliorum bonoꝝ p̄dicatorum . Circa q̄d
nota quadruplex inuitatoriū inuenit̄ in ſacra
ſcriptura . Primū eſt voluptuoſorū . Et poni
tur Sap̄ .ij. Uenite fruamur bonis que ſunt .et
vtamur creatura in creatura celeriter .vino p̄=
cioſo ꝛ vngento nos impleamus .ꝛ non prete=
reat nos flos campi . Coronem⁹ nos roſis an=
teq̄ marceſcant . Nullū pratum ſit quod non
pertranſeat luxuria noſtra Nemo expers ſit
luxurie noſtre . Ubiq̄ꝫ relinq̄mus ſigna leticie.
quoniaꝫ hec eſt pars noſtra . Iſtud inuitatori=
um auditur in eccleſia .id ē. in congregatione
diaboli ꝛ maloꝝ . Ibi ,ꝓh dolor a multis audi
tur his diebus . Quādo eni hō intrat eccleſiaꝫ
cathedralē vl̄ catholicā vt audiat matutinas
de aliquo ſancto ſtatim p inuitatoriū poteſt di
ſcernere in quanta reuerentia ille ſanctus ha=
bet̄ ibidē .q̄ i ferialibus dieb⁹ ſufficit tm̄ vnus
ꝛ quāto feſtū celebrat̄ ſolēnius tanto plures ,ꝓ
inuitatorio deputātur . Moraliter in vita pre=
ſenti multi dij colunt̄ . Juxta illud .j. Cor .viij.
Siquidem ꝛ dij multi ꝛ domini multi videlicꝫ
mūdus .caro .deus ꝛ demon . Uideas ergo q̄s
eorum plures habeat in curia ſua ad cantan=
dum inuitatorium . Et certe videbis q̄ de⁹ ha
bet pauciſſimos . Si enim loquamur d̄ mūdo
nonne ſenes ꝛ iuuenes et pueri a cunabulis ſu
is extracti ſtatim inuitātur ꝛ animātur ad co=
lendum mundum ¶ Iſte vt fiat mercator . Ille
vt fiat miles .alius vt fiat diues .alius rector .
et ſic de alijs .qui omnes vna voce dicunt . Ue
nite fruamur bonis que ſunt . Et p̄mo quidem
in hoc inuitatorio inuitāt ſe peccatores ad gu
loſitatem cum dicunt . Uino precioſo nos im=
pleamus ¶ In quo duplicē exceſſum exprimūt
in ſuo appetitu . Appetunt enim in vino cha=
ritatē aut precioſitatē aut mēſure nimiā quāti
tatē . Primū tāgūt cū dicūt . vino nō q̄licunq̄ꝫ

ſed ꝑcioſo.id ẽ.chare empto.Secundū ibi im
pleam⁹.Nō enī ſufficit intemꝑatis guloſis vi=
num preciosuꝫ nec abſolute bibere ſed vino ſe
implere cū tamen natura humana modicis ſit
contenta.vt dicit Boecius libro.ij.de cōſo.ꝓ
ſa.ij.Paucis minimiſqꝫ natura contenta eſt q̄
bus ſatietatem ſi ſupfluis vrgere volueris aut
iniocundum erit quod effuderis aut noxium.
Secundo inuitant ſe ad iocunditatem cum di
cunt.Coronem⁹ nos roſis.Reprobi enī coro
nantur in preſenti roſis vanitatis ⁊ laſciuie.ſꝫ
in futuro coronabuntur coronis vmbre.Nam
vnicuiqꝫ ipſoruꝫ dicitur Eſa.xxiij.Coronans
coronabit te tribulatione.Et tunc lugebunt ⁊
plangent.De quo modo rident dicentes illud
Thren̄.iiij.Defecit gaudiū cordis noſtri.ver
ſus eſt in luctuꝫ chorus noſter.cecidit corona
capitis noſtri.ve nobis quia peccauimus.Et
notāter dicunt ꝙ volunt coronari roſis ad ſi=
gnandum ꝙ omnis vanitas mundi breuis ẽ ⁊
tranſitoria.Roſa enim habet iocunditatē odo
ris.decoris ſpecioſitatē ⁊ vigoris breuitatem
⁊ īter ſpinas creſcit.Sic vanitas ⁊ laſciuia hu
ius mundi non eſt ſine conſcientie punctura.
Licet enī gaudentes in odore roſarū non dica
mus intemperatos ſicut dicit Ariſtoť.iij.ethi
coꝝ.c.xiiij.Tamē delicatus ornatus ſatis in
dicat mētis laſciuiā.Iuxͣ illud Ecči.xix.Ami=
ctus corporis.riſus dētium.⁊ ingreſſus homi
nis enūciat de illo.Ideo legitur de ſancto Lo
douico.ꝙ ſerta de roſis ſeu alios capillos ꝓ=
hibuit pplo ſuo ferijs ſextis ꝓpter coronā ſpi=
neam impreſſam tali die capiti ſaluatoris no=
ſtri.Tertio inuitant ſe ad voluptatem cum di=
cunt.Nullum pratum ſit ⁊c̄.Hanc auteꝫ volu
ptatem integrare nituntur ex tribus cauſis ſi=
ue circumſtantijs.videlicet ex locali amenita=
te ⁊ ſociali cōmunitate et ex diſſoluta iocundi=
tate.Quantū ad p̄muꝫ dicunt.Nullū pratum
id ẽ.nullus locus delectabilis ſit in quo nō lu=
xuriemur vt amenitas loci conferat delectati
onē.Quantū ad ſecundū.quia nullius rei ſine
ſocio iocūda ẽ poſſeſſio.ideo dicūt.Nemo no=
ſtrū expers ſit luxurie noſtre.q.d.luxuria nr̄a
cōis ſit omnibus.ſic ꝙ ſit libertas ⁊ licētia ge
neralis peccādi ⁊ alios ad pctm̄ trahendi.Eſt
enī luxuria ſicut morbus cōtagioſus vt lepra
vel ſcabies.Naꝫ ſicut homo cū multū tractat
cū leproſo de facili inficitur.ideo ſolēt leproſi
expelli ꝺ facili.ſic eſt de libidinoſis.Si enī fue
rit vnus talis in vna ſocietate vel familia.ipſe
decem alios attrahit ad peccandum.Quantū
ad tertiū dicunt.Vbiqꝫ relinquamus ſigna le=
ticie.videlicet in cantu.in tripudijs.feſtis ⁊ lu
ſibus.Secd̄m inuitatorium malicioſorum.ſcri
bitur Hiere.xviij.Venite cogitemus ꝯtra Hie
remiā cogitatiōeſ.nō enī peribit lex a ſacerdo
te.neqꝫ conſilium a ſapiente.neqꝫ ſermo a pro
pheta.Et notate quales homines ponunt ma
licioſi pro parte ſua.videlicet ſapientes.ſacer
dotes ⁊ ꝓphetas.Moraliter dicit Holkot ſup
li.Sap.lectione.xix.Sacerdotes ſunt magni
prelati.Sapientes ſunt iuſticiarij.ꝓphete ſūt
religioſi.⁊ nunꝙ̄ videbit̄ in republica magnā
maliciam factam niſi ab hominibus iſtis ſimul
vel ab aliquo iſtorum procedat.Vnde iſti tres
ꝑfecte cantant inuitatorium ꝑuerſorum ⁊ ma=
licioſorum.Et iſti ſciunt conſpirationē facere
contra optimū honorem dicendo Hiere.xviij
Venite ꝑcutiamus eum lingua ⁊ nō attēdam⁹
ad vniuerſos ſmones eius.Percutere hoīem
lingua eſt precludere ſibi viā reſpōdendi vt ni=
hil poſſit dicere de ſeipſo.Vel percutere homi
nē lingua eſt vel poteſt eſſe falſum conſpirare.
falſum teſtificari contra hominē.Eſt enī notā=
dum ꝙ iſti malicioſi triplex habent inuitatori
um ſibi ꝓprium quo ſeinuicem ad maliciam an
nūciant ⁊ inſtigāt.Primo enī ſe recolligūt ad
conſpirandum ſubtiliter dicētes.Venite cogi=
temus ꝯtra Hieremiā cogitatiōes.Secūdo ſe
recolligunt ad accuſandū ciuiliter cum dicunt
Percutiamus eū lingua.Tertio ſe recolligūt
ad occidendū hoſtiliter cuꝫ dicunt.Venite oc
cidamus eum.⁊ nō erit hereditas.Et hec ẽ cō
cluſio malicie vltima.Tertium inuitatoriū eſt
ambitioſoruꝫ.⁊ habetur Gen̄.xj.Venite facia
mus nobis ciuitatē.⁊ turrim cuius cacumē ꝑ=
tingit ad celum.⁊ celebremus nomen noſtruꝫ
Eſt enī notandū ꝙ omnes ambitioſi exponūt
ſe magis laboribus pro honoribus conſequē=
dis in tm̄ ꝙ ſi talem partem laboris facerent
ꝓpter deū maximi meriti forent.Vnde iſti ad
edificandum.fodiendum ⁊ cōſtruendum ſe ap=
plicant ⁊ exponunt.Quātā eſtimat̄ vexatiōeꝫ
ſuſtinent q̄ curijs pape.regis ⁊ epoꝝ ſe māci=
pāt dant munera.diſſimulāt ⁊ adulāť ⁊ mētiūť
⁊ ſe nequiter humiliant.De hoc dicit Innoč.
de vi.huma.condi.libro.iij.ca.xxvj.Ambitio
ſus ſemꝑ eſt pauidus.ſꝑ attentus.ne dicat q̄d
vel faciat quod ī oculis valeat diſplicere humi
litatē ſimulat.honeſtatē mētiť.affabilitatē ex=
hibet.benignitatē oſtendit.cunctos honorat.
vniuerſis inclinat et frequentat curias.viſitat
optimates.aſſurgit quidem ⁊ amplexatur.ap
plaudit ⁊ adulatur.Et ponit exemplū ibidem
capi.xxviij.de Abſolone.qui venientibus ad
ſe extendit manum.⁊ apprehendens oſculaba
tur.Ideo de talibus curialibus qui caſtra re=
gum ſequuntur dixit quidam.Sūt q̄ dicuntur
miſeri qui caſtra ſequunť.Quartū inuitatoriū

eſt p̄dicatoꝝ.et ponit̄ in pſ.xciiij .Venite ex=
ultemus dn̄o iubilemus deo ſalutari noſtro .⁊
iteꝝ.Venite adorem⁹ ⁊ ꝓcidamus an̄ deū . Et
Matth.xxij.i hodierno euāge.Venite ad nu=
ptias qꝛ parata ſunt oīa . Illud inuitatorium
valde ferialiter cātat̄ his dieb⁹ .Quia tātus ē
ſtrepitus ī choꝛo mūdi ꝙ illud inuitatoriū nō
audit̄ i choꝛo xp̄i.qꝛ h inuitati ad nuptias ali=
qui venire noluerūt.aliqui neglexerunt.alij in
villam abierunt.Reliqui ad negociationē iue=
runt.⁊ ceteri nuncios occiderūt.De qb⁹ dici=
tur.Et nolebant venire.Tales ſunt q̄ raro vel
nunꝙ̄ ad p̄dicationem veniūt .⁊ contra ſe ali=
quid audiunt.vel predicatores eis ꝯtrariuꝫ ꝑ
cipiunt murmurant.Sed iſtud murmur eſt cō
tra deum .ſicut Moyſes et Aaron filijs iſrael
dixerunt Exodi.xvj.Non eſt murmur contra
nos ſed contra deum. Ideo hoc peccatuꝫ fili=
os iſrael tranſeuntes per deſertum excluſit a
terra promiſſionis.vt ſolum duo intrarent de
his qui ex egypto exierunt.videlicet Joſue et
Caleph.licet promiſſa eis eſſet multotiēs. Nu
meri.xiiij.dicitur.Omnes q̄ murmuraſtis cō
tra me non intrabitis in terram ſup quaꝫ leua
ui manum meaꝫ.⁊ inhabitare vos facerē in ea
Et ſicut illi ꝓpter murmur ſuum ſunt excluſi a
terra ꝓmiſſionis.ſic ⁊ nūc murmurātes cōtra
p̄dicatores nō itrabūt i regnū celoꝝ.cui⁹ figu
ra erat terra ꝓmiſſionis. Ideo dicit Greg. Re
gnū celoꝛuꝫ nullus qui murmurat accipit.Se
cūdi venire neglexerūt de qbus dr̄. Illi auteꝫ
neglexerunt.Et ſunt hi qui tarde ad predicati
onē ⁊ ad miſſam veniūt.⁊ ſic negligunt dei pre
cepta ⁊ eccleſie ſtatuta atꝗ ſue anime ſalutem
Et nota ꝙ tria ſunt que ſolent eſſe occaſio hu=
ius negligentie. Primū eſt minoꝛ timoꝛ domi=
ni. Nam qui timet dominū cui ſeruit multū ca=
uet ne incurrat aliquam negligentiam in ſerui=
tio ſuo. Jta eſt ꝺ ſeruitio ſummi domini.Eccl.
vij.Qui timet dominuꝫ nihil negligit.Secun=
dum eſt minoꝛ cura anime.ſi enim hoīes tantū
